qui bona tribuit mihi · & pſallā nomini dn̄i altiſſimi ·

DIXIT INSIPIENS In finem · p̄ dd̄ ·

in corde ſuo · non eſt dś · Corrupti ſunt & abhominabileſ
facti ſunt · in ſtudiiſ ſuiſ · Non eſt qui faciat bonum · non ē
uſq. ad unum · Dn̄s de celo pſpexit ſup filioſ hominum · ut
uideat ſi eſt intellegenſ aut requirenſ dm̄ · Omneſ de
clinauerunt ſimul inutileſ facti ſunt · non eſt qui faciat
bonum non eſt uſq. ad unū · Sepulchrum patenſ eſt gut
tur eorum · linguiſ ſuiſ doloſe agebant · uenenum aſpidū
ſub labiiſ eorum · Quorum oſ maledictione & amaritudine
plenum eſt · ueloceſ pedeſ eorum ad effundendū ſangui
nem · Contritio & infelicitaſ in uiiſ eorum · & uiam paciſ
non cognouerunt · non eſt timor di ante oculoſ eorū ·
Nonne cognoſcent omneſ qui operantur iniquitatem ·
qui deuorant plebem meam ſicut æſcam paniſ · Dn̄m
non inuocauerunt · illic trepidauerunt timore ubi non
erat timor · Quoniam dś in generatione iuſta eſt · conſilium
inopiſ confudiſtiſ quoniam dn̄ſ ſpeſ eiuſ eſt · Quiſ dabit ex
ſyon ſalutare iſrl̄ · cum auerterit dn̄s captiuitatem
plebiſ ſuę · exultabit iacob & letabitur iſrl̄ ·

DNE QVIS HABITABIT p̄ dd̄ ·

in tabernaculo tuo · aut quiſ requieſcet in monte ſcō tuo ·
Qui ingreditur ſine macula · & operatur iuſtitiam · Qui lo
quitur ueritatem in corde ſuo · qui non egit dolū in lingua
ſua · Nec fecit pximo ſuo malum · & obprobrium non accepit
aduerſuſ pximoſ ſuoſ · Ad nihilum deductuſ eſt in con
ſpectu eiuſ malignuſ · timenteſ autem dn̄m glorificat ·

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 18, p. p.%2057 – Composite manuscript, astronomical clock of Pacificus of Verona (http://www.e-codices.ch/en/csg/0018/p.%2057)